



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Sponsalia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

tis patronatus, in vers. ius patronatus, §. 8.  
dub. 3.

Decimoquarto, ratione negligentiae  
Suffraganeorum, vide Abb. in c. ex fre-  
quentibus, n. 4 de instit.

Decimoquinto, in notoriis, vide Abb.  
loc. cit. num. 10. c. Romana, §. notoria, de  
cens. lib. 6.

Decimosexto, in visitatione ob neglig-  
entiam Capituli sede vacante, Abb. in c.  
1. n. 7. ne sede vac.

Decimoseptimo, in donatione juris  
patronatus, vide c. nullus, & ibi Abb. n. 2.  
de iure patron. & Addit. Zachar. in littera  
B.

Decimoctavo, praesentatus in iure  
patronatus, à rejecta presentatione, vide  
Abb. in c. pastoralis, n. 5. eo. tit.

Decimonono, Abbatissa, & conven-  
tus, si Episcopus præciperet ei ut recipi-  
ant aliquam Monialem, quia ex hoc  
præcepto possent appellare, vel ad Me-  
tropolitanum, vel Papam, Calder. conf.  
16. de regul. Navar. conf. 9. num. 12. de  
constit.

Vigesimo, in protelatione, sive diu-  
turnitate causarum, non expeditarum ab  
ipso Suffraganeo propter causam ali-  
quam irrationabilem. Gem. in c. 1. vers.  
consuluit tamen, de suppl. negl. prælat.  
lib. 6.

Vigesimoptimum, in actibus gestis ab  
Episcopo simul cum Capitulo, quando  
Episcopus esset de capitulo, & tam ca-  
pitulum, quam ipse Episcopus esset ne-  
gligens, vel aliquid perperam ficeret,  
tunc potest haberi recursus ad Metro-  
politanum, vel etiam per remedium  
appellationis, & habui in facto, dum es-

sem Vicarius Surrenti anno 1583. dum  
Canonici Massæ Lubrensis tractando  
quædam cum Vicario electo à capitulo  
quia tunc vacabat Sedes Episcopalis, &  
Vicarius simul cum Canonici tumultu-  
ati sunt, tunc ego, & Archiepiscopus Sur-  
rentinus carceravimus eos, & castigavi-  
mus, vide Gem. in c. 2. vers. sed pro eius,  
de conject. lib. 7. facit c. irrefragabilis, §. fi. de  
off. ordinari.

Vigesimosecundo, à denegata dimis-  
soria ratione studii alicui beneficiato eu-  
rato habili, ita Gewin. in c. cùm ex eo, ver.  
quero quia, de elect. lib. 6. ubi dicit, quod  
tenetur Episcopus dare hanc dimissori-  
am per longæ apicæ ad studium, & non sub-  
est causa legitima ad denegandam eam.

## RUMOR.

Primo, Rumor, motorium, manife-  
stum & publicum, quid sint, & quo-  
modo differant, vide præter alias Abb.  
in c. vestra, n. 12. cum sequent. de cokab. cler.  
& mul. & in cap. tua nos, cod. tit. & Navar.  
cap. 27. n. 250. notab. 100. Inn. in capitulo,  
tuanos, n. 1. & seq. de cohab. cler. & mulier.

Secundo, Rumor quandoque indu-  
cit indubitatem probationem veritatis,  
Doct. text. & gloss. in dict. cap. vestra, Ge-  
min. in cap. ubi periculum, §. quia vero,  
notab. 2. de elect. & sic de aliis, quando per  
testes de visu non possunt haberi, sed  
cum aliis junctis.

## SPONSALIA.

Primo, sponsalia ut possint contrahi,  
requiritur ætas septem annorum  
imple-



impletorum, vel sufficit inchoasse, c. lue-  
ras, de sponsalibus. Covar. de sponsal. i. p. c.  
2. n. 2. led si malitia suppleret ætatem,  
posset præveniri hoc septennium, Gloss.  
in c. juvenis, in ver. dubia, e. o. tit. Covar.  
ibidem, n. 1. c. de illis, it secundo, de d' spen-  
sat. impub. & hoc etiam ampliatur vale-  
re in matrimonio contrahendo per  
verbā de præsentī, Covar. 2. p. c. 5. num. 2.  
loco citato.

Secundō, quando verò non dicatur  
quis proximus, ubertati, ad hoc, ut pos-  
sit in matrimonium contrahere, arbitriari-  
um esse judicis ait Covar. ibid. num. 5. ut  
si defecerint pubertati solum sex men-  
ses, c. continetur, de despensat. impub. glo.  
in c. attestations, in ver. circa, eodem sit. &  
judex potest ex aspectu pronunciare su-  
per ætate, cum hoc sit ei arbitriarium,  
Grammat. dec. 48. n. 18.

Tertiō ex sponsalibus olim oriebatur  
impedimentum publicæ honestatis, us-  
que ad quartum gradum, c. sponsam, de  
sponsal. Syl. in ver. matrimonium. 8. nn. 14.  
ver. quartum, hodie tamen per Conc.  
Triden. sess. 24. c. 3. de refor. matr. reduci-  
tur usque ad primum, quando sponsalia  
essent valida, secus si nulla.

Quartō, sponsalia dicuntur invalida.  
Primō, quando quis contrahit sponsa-  
lia ante ætatem requisitam in illis. Se-  
cundō, habens votum solenne continen-  
tiae. Tertiō, quando sub conditione, si  
dissolventur ante illam subsequuntam,  
modò conditio non sit impossibilis, aut  
turpis. Quartō, quando contrahentur  
cum persona incerta. Quintō, quando  
deficeret consensus alterius. Sextō, si  
matrimonium esset contractum sub cō-

ditione, si interim contrahatur, tamen  
pure eum alia, licet sit consanguinea  
primæ, tenet secundum matrimonium,  
Sylvest. in ver. matrimonium, 3. §... Et in  
ver. matrimonium, 8. §. 14. ver. 2. Angel.  
in ver. matrimonium imped. 14. Septi-  
mō, non solum in sponsalibus nullis, sed  
in matrimonio nullo, nullum est impe-  
dimentum, quicquid dicat Staph. de lit.  
grat. f. 134. n. 10. Nav. c. 27. n. 57. Octa-  
vō, quando contrahitur à parentibus  
pro parte filiorum, sive legitimæ ætatis  
sunt, sive non, nisi expressi, vel tacite con-  
sentiant, vel nisi sint præsentes; & non  
contradicant, vel absentes, & postquam  
eis innotuit, consenserint, Navar. loc. cit.  
& Sot. 4. Sent. d. 41. q. unica, ar. 2. & An-  
gel. loc. cit. n. 2. Nonò, de sponsalibus, &  
matrimonio clandestine contractis nul-  
lum oritur impedimentum, quoad fo-  
rum conscientiae, Navar. loc. c. n. 58.

Quintō, in sponsalia transit matri-  
monium contractum inter impuberis,  
vel ex altero impubere, & altero pube-  
re, c. unico, §. 1. de despensat. impub. lib. 6.  
Covar. de sponsal. 1. p. c. 3. per totum.

Sextō, sponsalia quibus modis dissol-  
vantur, vide Covar. 1. p. c. 5. Sylv. ver. spon-  
salia, §. 19.

### S P O R T U L A E.

SPORTULÆ, vide in ver. trigesima.

### S E N T E N T I A.

PRIMO, tria esse genera sententiarum  
ait Maran. 6. p. tit. de sent. à num. 23. Et  
infra, de quibus ibi video, sed Abb. in  
Clem. 1. num. 2. de sequestr. fruct. Et posse,  
dicte